Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bedae expostio in epistolas in Iacobi, Petri, Iohannis et Iudae - Cod. Aug. perg. 122

Beda <Venerabilis>

[Reichenau ?], [10. Jahrh.]

Expositio in epistolam Iohannis tertiam

urn:nbn:de:bsz:31-61987

communionem cum aliquo eorum qui a ueritate deuiauerant habere paterentur. Sicut et paulus dicit: Hereticum hominem post primam et secundam correptionem deuita; Sciens quia peruersus sit huiusmodi et peccat cum sit a semet ipso damnatus; Salutant te filii sororis tuae electae. Sicut aduersariis ueritatis aue dicere prohibet, ita e contrario electis et pro nata electorum salutat, ut et infideles detestentur ab omnibus bonis, si forte uel sic corrigi uelint, et fidelium semper ad inuicem pax augescat et caritas;

EXPLICIT SECUNDAE. INCIPIT EPISTOLAE EIUSDEM IOHANNIS EXPLANATIO TERTIAE

Senior Gaio carissimo quem ego diligo in ueritate; Qui uel qualis fuerit iste Gaius in processu epistolae monstratur, quia uidelicet fidem Christi quam perceperat bonis accumulabat actibus; et si ipse ad predicandum uerbum minime sufficiebat, eos tamen qui predicarent de facultatibus suis sustentare gaudebat; Hunc autem esse Gaium arbitramur cuius in epistola ad romanos paulus meminit dicens: Salutat uos Gaius hospes meus et ecclesiae totius. Qui enim hospes et qui suscipit et qui suscipitur appellari consueuit. Erat hospes uniuersae ecclesiae quia omnes qui ad se ueniebant et predicatores uidelicet et auditores uerbi benigne suscipiebat, sicut et huius epistolae sequentia manifeste declarant. Unde et iohannes eum in ueritate diligit, hoc est non temporalium gratia commodorum sed solo perennium bonorum que eum diligere uidet intuitu. Fuisse autem Gaius corinthius uidetur ex eo quod paulus illa moratus in ciuitate epistolam scripsit ad romanos quos et ex eius persona salutat. Sed et in epistola ad corinthios Gaii quasi ciuis corinthii meminit dicens: Gratias ago deo meo quod neminem uestrum baptizaui nisi Crispum et Gaium, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis;

Carissime de omnibus orationem facio prospere te ingredi et ualere sicut prospere agit anima tua. Hoc inquit a domino crebris et opto precibus, ut quod bene agis

bene perficias. & sicut nunc anima tua. id est interna mentis intentio spe re agit

id est proficit in elemosynarum operib; abundante tibi & bonitate

animi dapsilis & peccuniarum facultatis indigentib; largiris.

ita semper uirtutib; plenam d(omi)no adiuuante uitam ducere possis;

Maiorem horum non habeo gratiam. quam ut audiam filios meos in ue-

ri tate ambulantes; id est ut eos quos predicando ut baptizando d(e)i filios d(e)o genui .cognoscu

ueritate uel recte fidei & bone op(er)ationis obseruantes;

Carissime fideliter facis quicquid operaris in fratres. & ho(c) in pere-

grinos. Fideliter facis dicit. pro eo ut diceret. sicut uere fidelis

ita fecisti. & operib; ostendens fidem tuam. Pro nomine enim profec

ti sunt. nihil accipientes a gentib; Cum dicit pro nomine subaudien

dum e(st) d(omi)ni ih(es)u xp(ist)i. sic enim loquebantur antiqui. Duab; aut(em) ex cau

sis pro nomine d(omi)ni sunt profecti. aut ad predicandum scilic& nomen eius

propria sponte uenientes. aut propter nominis s(an)c(t)i fidem & confessi

onem a ciuib; siue a contribulib; suis patria expulsi. Nos ergo

debemus suscipere huius modi. ut cooperatores simus ueritatis.

Iungit se beatus iohannes qui omnia dimiserat propter xp(istu)m. personis

fidelium diuitum quatenus eorum corda lacriores reddat. ad miserandum pau

perib; & peregrinis. Nec dis credendum e(st) illum ueraciter dicere

potuisse. quod paulum dixisse legimus. Ipsi scitis quo ad ea quae

mihi opus erant & his qui mecum s(unt) ministrauerunt manus istae.

Omnia ostendi uobis quia sic laborantes oportet suscipere infir

mos. ac meminisse uerbi d(omi)ni sicut dixit. beatius est magis dare

quam accipere. Cooperatores aut(em) dicit ueritatis. quia qui spiritalia do

na habentib; temporalia subsidia tribuit. in ipsis donis spiritalib; coope

rator existit. Nam cum pauci sint qui spiritalia dona perceperunt

& multi qui reb; abundant. per hoc se diuites uirtutib; pauperum

inserunt. dum eisdem sc(ilicet) pauperib; de suis diuitiis solatiantur

hinc & enim d(omi)n(u)s ait. qui recipit prophetam in nomine prophetae. mercedem

prophetae accipi&. & qui recipit iustum in nomine iusti mercede(m)

Iustis accipi&: Scripsissem forsitan ecclesiae. sed his qui amat prima
tum gerere in eis. diotrepes non recipit nos. Diotrepes iste uidetur
erat heresiarcha temporis illius. aliquis superbus & insolens.
Malens noua docendo primatum sibi usurpare scientiae quam
antiquis scae ecclesiae quae iohannes [praedicabat] humiliter auscultare manda
tis; Unde bene diotrepes. speciosus insulsus. siue decor insaniens
interpretatur. & per fictionem cordis & iam nomine signat;
Propter hoc si uenero commoneam opera eius; Id est in omnium noti
tiam manifestius arguendo producam; Iuxta illud apostoli; pater; quid
uultis in uirga ueniam ad uos; Quae facit uerbis malignis gar
riens in nos; Notandum. quia linguas detrahentium sicut nostro
uitio non debemus excitare ne ipsi pereant. ita per suam malitiam
excitatas debemus aequanimiter tolerare. ut nobis meritum
crescat; Aliquando autem etiam conpescere. ne dum de nobis
mala disseminant. eorum qui audire nos ad bona poterant. cor
da innocentium corrumpant; Hinc est quod iohannes
obtrectatoris sui linguam redarguit. ne eius predicationem
non audirent. qui audire poterant. & in prauis moribus rema
nerent; Carissime. noli imitari malum. sed quod bonum est;
Quod bonum imitari illum uellet. subdendo aperit dicens;
Demetrio testimonium redditur ab omnibus. quia uidelicet ipse suscita
peret infirmos. & egentes pro ueritate sustentaret; Hunc ergo gaio
imitandum proponit. ut simili omnium laude possit & ipse dig
nus existere; Pax tibi; salutant te amici; saluta amicos per nomen;
Amicis gratiam pacis mandat & salutis. ut per haec demetrium. ceterosque
ueritatis inimicos. a salute & pace uera monstret extraneos; NOUISSIMAE;

h. diotr

EXPLICIT EXPLANATIO EPISTOLAE IOHANNIS APOSTOLI

INCIPIT · EXPLANATIO · EPISTOLAE · IUDAE ;·

Iudas ihu xpi seruus. frater autem iacobi. his qui in deo patre dilectis. &
ihu xpo conseruatis uocatisque; Iudas apostolus. quem in euangelio